

PARS SECUNDA
continens
SELECTIORA
CHYMICA.

THEATRUS
SCHOLASTICUS
SELFCIOURIA
CENSUARIA

PRÆFATIO.


 Hymiam & Alchimiam sub alterutro nomine, ut plurimum, confundit imperitum vulgus, sed malè, ut etiam sollet sub alterutro, vtramque non mediocriter odisse, sxpè tamen non iniuriā, cum videas quotidie Carboni-perdas Alchymistas, spe conficiendi Aurum inani deludi, cum magna non rarò rerum sua rum iactura, vt quoque, Impostores vt plurimum, Chymistas, sub multa promissione, Operum inanes, Crumenimungas fieri intollerabiles, certè in benè ordinata Republica, nimium iste temerarius, ac nimio cum periculo, eorum lusus de Humano Corio non admittendus. verumtamen vt meritò ambobus talibus commune hoc debetur odium, immo Exilium, sic immeritò hoc mulctantur, ac proscinduntur veræ Chymiæ synceri Alumni, quorum solerti operæ, ac indefesso studio, & benevolentia erga genus Humanum, hoc iam dudum debet Medicina, quod secretiora quædā, demum è tenebris eruta, multa consacrata sint Posteritati, quibus citius, iucundius, etiam certius fieri possit medela grauissimorum Affectuum. Copiofissima horum in hunc diem excreuit supellex, sed paucula tantum selecta
 è mul-

è multis huie Libro inarantur, vt ad manum sint,
quorum in obuijs ac magnis morbis, & frequens
est necessitas, & probata vtilitas. Talem experieris
quisquis non es Amethodus.

Fœcundissimum Cornu Copiæ quo Chymia
ministrat Medicinæ, hos ferè solos largè profun-
dit vtiles Thesauros, videlicet Aquarium, Spir-
ituum, Oleorum, Tincturarum, Extractorum, Sa-
luum, Crocorum, & sub his reductorum, (florum,
Præcipitorum, Sublimatorum) quibus omni-
bus commune est nomen Quintæ Essentiæ. Om-
nium ac singulorum exactam conficiendi nor-
mam, ac Methodum hic tradere (quod huius in-
stituti limites excederet) non est in animo (quam
facile hauriet Philochymicus à Beguino, Querce-
tano, Salâ, Crollio, Glaubero & alijs, qui ex pro-
fesso cum laude hanc gerunt Prouinciam) sed
tantum, tamquam in horreo, hic ex vberrimâ
segete spicilegium reponere eorum, quæ corpori-
bus (sub hoc nostro Cælo degentibus, videban-
tur esse aptiora, tum ad præsentis Sanitatis tute-
lam, quam amissæ medelam vtiliora; inter hæc
Chorum ducent liquida, Aquea, ac Spirituosa, non
quidem quæ simpliciora (de quibus in parte prima
huius Libri) sed quæ magis composita, & Artifi-
ciose inuenta. Atque hoc ex ante dictis in Me-
moriam

moriām reuocandum, nos his vnum aptum confiendi modum ex multis accepisse; quod si quis semitam breuiorem, ac minus operosam praxim calleat, non equidem inuidemus, dummodo tamē omnia hæc nostra ingredientia numeri & ponderis & qualitatis eiusdem accipiat, nec alio suo methodo eorum vires infringat, nec minus exhaustiat.



F f De

De Aquis Chymice elicitis.

Aqua Cinnamomi.

Rx. Cinnamomi optimi leuiter Contusi & j,
aq. Borraginis,

Melissæ ana & ij.

Vini Hispanici Ximenij, vel Canarini & j. p.

Indantur Matracio, benè occluso, stent in digestione per Triduum, dein superposito rostro s.a. destillentur in B.M.

N O T A : Circa Menstruum destillandæ Aquæ Cinnamomi multiuarios esse Chymicos, alijs vino albo generoso solo (vel Rhenano) immo Spiritu vini vtentibus, alijs Aquâ pura sola, alijs Aquâ Rosarum, vino vario, &c. Arrisit præ alijs hic destillandi modus, vt potè in quo & vis Spiritus Cinnamomi, commodè Spirituoso Menstruo elicetur, & affusis Aquis Cardiacis (odore non molestis) acrimonia ipsius Spiritus vini retunditur, sic tamen, vt destillatæ Aquæ nihil desit ad destinatos affectus.

Aqua:

Aqua Theriacalis.

R. Radicum Gentianæ,
Valerianæ,
Petasitidis,
Bardanæ,
Tormentillæ,
Angelicæ,
Helenij,
Contrayeruæ,
Zedoariæ ana 3 j.
Corticum Citri,
Aurantiorum,
Cinnamomi,
Garyophyllorum,
Granorum Iuniperi,
Baccarum Lauri,
Hederæ arboreæ ana 3 p.

Terantur omnia minutius, & indantur vitro
stricti oris, affundendo vini Hispanici generosi
& viij. stent in digestione per triduum, tum adde:

Foliorum Scordij veri,
Melissæ,
Maioranæ,
Garyophyllatæ,
Ff 2 Di-

Dictamni albi,
 Morsus diaboli,
 Scabiosæ,
 Chelidoniæ ana M.j.
 Seminum Citri contusor. 3 iij.
 Florum Calendulæ,
 Hyperici,
 Centaurij minoris ana p. iij.

Contundenda contundantur, & iterum digerantur per viginti quatuor horas, fiat fortis expressio, & adde:

Succi Acetosæ,
 Succi Cardui sancti,
 Succi Citri ana & j.

In quibus dissoluantur,

Theriacæ Venetæ descriptione Andromachi 3 v.

Mithridatij 3 iij.

Confectionis Alkermes,
Hyacinthi ana 3 j.

Iterum simul digerantur per viginti quatuor horas, dein destillentur s. a. per B.M.

N O T A : Quot Libros, tot esse ferè diuersas Aquæ Theriacalis descriptiones, ex multis hæc imitata traditur, quod vna videatur omnium vices in se

se continere, operosior quidem, ne quid virtutis
resecans breuitas mutilaret, atque ut ijs (quæ sum-
ma ratione adduntur) Theriacæ ac Mitridatij vis
(tamquam vegetior redditæ) efficacius destillandæ
aquaæ Communicaretur.

Aqua Langij.

Rx. Florum Tiliæ, M. iiij.

Florum Lilij conuallij M.v.

Seminum Pæoniæ Maris contusorum 5.£.

. Infundantur in Vini albi optimi & v. per dies
octo, dein destillentur in B. M. f.a. post adde:

Aqua stillaticiæ Cerasorum nigrorum & j.£.

Mixtis adde

Florum Rorismarini, M. £.

Florum Lauendulæ, M. j.

Herbarum Rutæ, M.j.

Betonicæ, M. £.

Stæchados Arabicæ, p iiij.

Radicis Pæoniæ Maris, 3 ij.£.

Pyrethri, 3 £.

Visci Quercini, 3 ij.

Scyllæ præparatæ, 3 j.£.

Dictamni albi, 3 ij.

Castorei optimi, 3 j.

F f 3

Cube-

Cubeba rum,
Cardamomi, ana 3 j.

Macis, 3 ℥.

Garyophyllorum, 3 ij.
Nucis Moscatæ, 3 j.

Concisa, & contusa stent in digestione per sex dies, & iterum destillentur per Alembicum in B.M. s. a. Aqua seruetur in vitro exquisitè clauso.

Aqua Hirundinum Quercetani.

Rx. Hirundinum adhuc in nido existentium paria 10. concidanturque minutim :
Florum Lilij conuallij, p. iiiij.

Garyophyllorum,
Macis, ana 3 ℥.

Coquantur omnia in tribus, quatuorue Hemini Vini albi optimi, dein exprimantur fortiter, & destillentur s.a. in B.M. Aqua seruetur ad vsum.

N O T A : Ex quatuor huius Aquæ descriptionibus Quercetani, prima excerpta est, vtpote paratu facilis, & satis efficax, cui si parem Aquæ Langij, ante descriptæ, portionem adieceris, similem habebis & substantiâ, & viribus, tribus alijs descriptionibus adumbratæ, maximè si puluisculum magisterij Cranij humani, camphoram, Acetum Scyliticum,

liticum, aliaque exemplò addiderit peritus Medicus.

Aqua Cardiaca frigida Saxonie.

R. Succi Borraginis,
Buglossi,
Melissæ,
Bistortæ,
Verbenacæ,
Oxilapathi,
Acetosæ,
Rutæ Caprariæ,
Myrrhidis,
Cyani maioris,
Minoris, vel duplum
maioris,
Rosarum,
Calendulæ,
Limonum,
Citri ana 3 vj.
Succi Pimpinellæ,
Pentaphylli, ana 3 iij.
Aceti Vini albi, & j.
Seminis Portulacæ,
Florum Nymphæ ana 3 ij.

Terræ

Terræ Lemniæ,

Silesiacæ,

Samiæ, ana 3 j. f.

Specierum Diatrichtantialor. 3 vj.

Margaritarum præparatarum cum
acido Citri, 3 iiij.

Infundantur species, flores, & Semina omnia
(præter Terras & Margaritas) in Succis & Aceto,
facta maceratione per tres dies, destillentur in B.
M. s. a. per Alembicum vitreum, liquori stillatitio
addantur Terræ & Margaritæ, & agitando mis-
ceantur.

Aqua Scelothyrbica.

R. Raphani Maioris in taleolas incisi & f.

Radicum Polipodij Quercini

Angelicæ,

Corticum Capparum,

Fraxini,

Tamarisci,

Rasuræ Ligni Guaiaci,

Sassafras, ana 3 j.

Herbarum Cochleariæ,

Nasturtij Aquatici,

Beccabungæ,

Tribuli

Tribuli Aquatici,
 Summitatum Melissæ,
 Eupatorij Mesuæ,
 Auicennæ,
 Ceterach,
 Chamædryos,
 Chamæpytheos ana M. ij.
 Seminum fœniculi,
 Anisi,
 Cardui sancti ana 3 vj.
 Cardamomi minoris,
 Croci Orientalis ana 3 iiij.
 Florum Genistæ,
 Hyperici,
 Sambuci,
 Epithymi ana p.ij.

Omnia incisa & contusa s. a. macerentur in
 Vini Hispanici generosi & vj. per Octiduum, Vas
 quotidie agitando, dein affunde

Succi Fumariæ,

Chelidoniæ minoris,

Seri Lactis ana & j.

Iterum stent in digestione per viginti quatuor
 horas, postea in B.M. destillentur s.a.

Gg

Aqua

Aqua Anti hysterica.

R. Succi Radicis Bryoniae & iiiij.
 Succi Rutæ,
 Arthemisiæ,
 Radicis Angelicæ 3 ij.
 Gentianæ 3 j.
 Foliorum siccorum Sabinæ,
 Matricariæ,
 Nepetæ,
 Pulegij, ana M. iiij.
 Foliorum Ocymi,
 Dictamni Cretici, ana M. j.
 Corticum Aurantiorum, 3 iiiij.
 Myrrhæ, 3 ij.
 Castorei, 3 j.
 Granorum Sambuci 3 iiiij.
 Vini Canarini & xij.

Digerantur simul per quatriduum in vase idoneo, dein in B.M. destillentur.

Aqua Diuretica.

R. Radicis Ononidis,
 Saxifragiæ,
 Petroselini,

Fœni-

Fœniculi, ana 3 ij.

Bardanæ,

Florum Sambuci siccatorum 3 vj.

Amygdalarum amararum, 3 iiiij.

Nucelorum Persicorum,

Cerasorum, ana 3 viij.

Incisa, ac grossè contusa , digerantur in vase
idoneo cum Vini Maluatici , vel Hispanici gene-
rosi q. s. per Quatriduum, ac deinde in B.M. per
Alembicum destillentur.

Aqua Aluminosa.

R. Succorum Plantaginis,

Portulacæ,

Agrestæ,

Aluminis Rupæ ana & j.

Albnuminum Ouorum N.xij.

Destillentur simul, prius baculo agitata, in B.M.

Aqua Aluminosa Follopij.

R. Aquæ Plantaginis,

Rosarum, ana & j.

Aluminis Rupæ,

Argenti viui sublimati, ana 3 ij.

G g 2 Bul-

Bulliant in Phiala vitrea , super craticulam carbonibus accensis circumseptam ad medietatis consumptionem, & tandem post residentiam , seruetur ad usum.

N O T A : Gemina hic describitur aqua Aluminosa, scilicet cum, & sine Mercurio, tum quia frequenter eius usus expertitur , tum quia descriptio Falopiana etiam vim aquæ diuinæ Fernelij complectitur , & ultra quidpiam , quo citius plurima corporis extema mala queant persanari.

Lac Virginis.

R. Aluminis crudi , 3 iiij.

Decoquantur ad Tertias in aquæ fontanæ & ij.
postea

R. Lythargyry, & p.

Aceti Vini & j.p.

Coque ad & j. colentur, & commisceantur ambae aquæ, & agitentur dum albescant.

TRACTATVS SECUNDVS.

De Oleis.

Destillationis affinitate, Aqueis , ac Spirituosis
Liquoribus Olea subnectuntur, Chymice, tam per
Ascensum, quam per Descensum, elicita.

Oleum

Oleum Rorismarini.

R. Rorismarini siccii parum contusi & j.

Aqua fontanæ & xx.

Macerentur per viginti quatuor horas, dein de-
stillentur per Alembicum, cum suo refrigeratorio,
Oleum ab aqua per tritorium separetur. Hoc mo-
do ex alijs similiter herbis, ac floribus calidis Olea
sua conuenienter elici possunt, nempe ex

Herbis Saluiæ,

Samsuchi &c.

Oleum Seminis Anethi.

R. Seminis Anethi & ij.

Aqua fontanæ & xv.

Stent simul in digestione per aliquot dies, dein
destillentur per Alembicum cum suo refrigeratorio
s. a. Oleum ab aqua per Infundibulum separatum
reponatur

N O T A : Communem hunc esse Modum ex
omnibus seminibus calidis, sua Olea eliciendi, ut
sunt

Semina Anisi,

Fœniculi,

Angelicae,

Rutæ &c.

G g 3

Sed

Sed commiscent, alij sal in fermentatione, alij Tartarum, alij vtrumque omittunt, aptè addet (quod opus est) vel omittet qui peritus est Artifex.

Oleum è Juniperi Baccis.

R. Baccarum Iuniperi recentium Contusarum, & iij.

Aquæ Fontis & xx.

Infundantur, & macerentur per octo dies in calore Balnei Mariæ, postea destillentur ex Alembico conuenienti, s. a. & Oleum ab aqua separatur. Eadem Operâ elici possunt Olea ex alijs quoque Baccis.

Oleum Nucis Myristicæ.

R. Nucum Myristicarum crasso modo Contusarum & ij.

Aquæ Fontis & xx.

Stent simul in Digestione per dies quatuor vel quinque (addunt nonulli singulæ libræ, Salis communis 3 j. vel 3 j. p. quod ante notatum fuit) destillentur dein per vesicam s. a. Oleum ab Aqua seiunctum reconditur.

Ex alijs quibusvis Aromatibus crassiusculè constitutis simili modo Olea extrahuntur sicuti ex

Garyo-

Garyophillis,
Mace,
Cinnamomo, &c.

Cinnamomi Oleum Efficacissimum ex Indijs
nunc aduehunt Bataui, facilis fiet ab his copia.

Oleum ex Corticibus Citri.

R. Exterioris, & flavi Corticis Citri optimè
à suo albo separati & contusi & j. affunde aquæ
Melissæ, vel Borraginis & vj.

Digerantur aliquantulum, & destillentur per ve-
sicam l. a.

Non dispari methodo Olea sua suppeditaret
(modo ignis gradus ritè obseruentur) aliæ simili-
ter Cortices.

Oleum Guaiacinum.

R. Cortic. & lign. Guiacin. p. e. q. f.

Imple retortam terream (lutatam) ac destilla in
recipiente satis ampio, igne nudo gradatim adhi-
bito, l. a. Oleum à liquore separa, & Rectifica cum
Sale, vel Tartaro, Arena, &c. l. a.

Destillatione simili, sua etiam Olea promunt
omnia tum ligna, tum eorum Cortices.

Oleum

*Oleum Cerae.***R. Ceræ** & j.

Inde Cucurbitæ, (in quam prius infuderis aliquid olei Oliuarum, vel Seminis Lini, agitando ut tota, intus madescat, & rursus inuertendo ut effluat, quod ipsum etiam fiat cum Alembico) deinde in cineribus vel arena Oleum gradatim eliciatur s. a. quod effusa aquâ rectificetur.

Inter varios Olei ceræ destillandi modos, hic traditur omnium facillimus, quo etiam omnes aliae (ritè præparatae) pinguedines facile in sua Olea queant conuerti, ut sunt,

Pinguedines Taxi,
Hominis,
Vrsi,
Anguillæ,
Porci,
Butyrum, &c.

Oleum Myrræ.

R. Myrræ optimæ, contusæ & j.
Salis 3 iij.

Silicum vñorum, & Contusorum & j. p.
(Vel vt alij) cinerum, vel Arenæ.

Impo-

Imponantur retortæ , vel Cucurbitæ vitreæ , collocentur in arenam, vel cineres, & debito igne cum liquore Oleum prolixiatur, quod diligenter separandum.

N O T A : Quosdam affusa aquâ , ex Myrrha Oleum elicere destillando per Alembicum , alios similiter Myrrham puluerisatam albuminibus O- uorum ad duritiem excoctis , vitello exempto, includere , ex quibus loco frigido suspensis , percolatum Myrrhæ Oleum patinâ supposita excipiunt, sed utrumque Balsami propositi virtute inefficacius.

Oleum Terebinthina.

R. Terebinthina Venetæ & v.

Aqua fontanæ & xiiiij.

Cinerum (ex quo fit Sapo) M.ii.

Misceantur simul , & ex Vesica ænea destillen- tur.

N O T A : Diuersorum diuersa esse placita circa modum eliciendi Oleum Terebinthinae, alij enim affusa aquâ oleum eliciunt, alij sine hac, & horum rursus alij ex Terebinthina sola , alij addito sale , Cineribus , alijsque ex diuersis similiter vasis , ad internos usus hoc tamquam tutius ac gratius pro-

H h poni-

ponimus, inefficacius tamen, quam quod aliter paratur, in affectibus externis. Ex residua fæce Terebinthinæ (colophonio dicta) Oleum flauum ac rubrum validiore igne facile elicit, qui peritus est, ad multa utilissimum.

Oleum Galbani.

R. Galbani selecti & j.

Stet in Aceti q.s. per duodecim horas, donec disoluatur, coletur per setaceum, abiecta fæce, quod primum indatur retortæ vitreæ, addendo pulvris Silicum calcinatorum medium partem, & apposito recipiente, dabitur ignis per gradus, duodecim horarum spatio, dum prodierit Oleum, quod separetur.

Si loco Aceti, Aquæ simplicis, vel Aquæ vitæ, vel utriusque q.s. affuderis, digerendo aliquando s.a. elicies hoc facillimè modo etiam Olea ex.

Mastiche,

Olibano,

Styrace,

Benioino,

Carranna,

Tacamahacca,

Succino.

Oleum

Oleum Camphora.

R_x Camphoræ optimæ partem. j.

Argillæ partes, iij.

Misceantur simul, pastæ primum in sole, vel umbra desiccata, grossè comminuta indatur retortæ vitreæ, & ex arena destilletur, obseruatis ignis gradibus.

N o t a: Aliquos in Oleum resoluere Camphoram impositam Aquæ forti, sed hoc priori inefficacius.

Oleum Laterinum, alias Philosophorum.

R_x. Lapidés Rubeos antiquos q.s.

In frusta maiora comminutos, postea benè ignitos extingue in Oleo vetere pellucido, exemptos & puluerisatos inde retortæ vitreæ benè lutatæ, & debito igne secundum artem Oleum proliciatur.

Meritò hic afferuntur quæ cum prioribus, commune quoddam nomen (nunc *Olei*, nunc *Spiritus*) obtinuerunt, videlicet.

Oleum (sive) Spiritus Salis.

Rx. Salis communis decrepitati & ij.
Vel q. vis.

Malaxetur cum terræ figulinæ, vel boli Armeni
q. s. & fiant globuli, exsiccati indantur retortæ vi-
treæ luti obductæ, vix ad medietatem implendo,
apposito recipiente ampio, detur ignis per gradus,
primum exibit plegma, & aucto igne Spiritus albi-
cantes, qui à suo plegmate vel B. M. vel euapora-
tione depurgentur.

Oleum (sive) Spiritus Vitrioli.

Rx. Vitrioli Hungarici per aquam puram
solutione, filtratione, euaporatione
purificati q. s.

De hoc injice per vices vnciam vnam atque al-
teram in instrumentum, & vas aptum (descriptum
à Glaubero parte secunda furni Philosophici) sem-
per contingendo suo operculo, qui labor tam diu
continuetur, donec vas recipiens sufficienter reple-
tum sit copiâ Spirituum, tandem omnibus refri-
geratis aufer recipiens, liquoremque effunde in re-
tortam, quam colloca in Arena, & lenissimo ignis
calore:

calore: Spiritum volatilem separa ab Oleo graui,
quod (si quis vult , poterit rectificationis gratia
fortiore igne elicere : poterit etiam hic spiritus vo-
latilis reaflatus suo oleo in vase idoneo (collocato
in Arena) moderato igne elicitus rectificari, de quo
latius vide Glauberum loco allegato.

NOTA: Quia hic videbatur verus esse modus
eliciendi genuini Spiritus vitrioli, tantopere com-
mendati à multis in magnis affectibus, alias plu-
res eius conficiendi silentio mulctamus.

Oleum (sive) Spiritus Tartari.

R. Tartari albi purificati q.s.

Impone retortæ vitreæ, ea proportione, ut ter-
tia pars vasis impleatur , destilletur in Arena igne
forti s.a. primo spiritus egredietur , dein Oleum
fœtens, quod rectificari debet.

Oleum (sive) spiritus Sulphuris.

R. Sulphuris viui, flavi, vel Subcine-
ritij q.s.

Indatur Crucibulo bene munito, in quo bene-
ficio ignis primum fundatur, dein imposito Cru-
cibulo supra Vas terreum vitreatum, habens debi-

H h 3 tas

tas eminentias ad Crucibuli sustentationem , ferro ignito ei immisso accendatur , super appensam Campanam vitreā satis amplam (ea distantiā ne à flamma attingatur , fumus ascendens in liquorem condensabitur , qui subiecto vase excipietur .

N O T A : Operationem hanc comodissimè fieri vdo & pluuiō Cælo , etiam loco (vt cellâ) & non perflato , in continua fusione sit sulphur , & ne flamma extinguitur ferrum ignitū fundo Crucibuli impositum adaptant , alij induit Elychnia sulphure fuso imbuta , alij quoque varios huius Olei destillandi modos , etiam per retortam proponunt , compendiosissimum , hunc selegimus tamquam usitatiōrem , donec melior innotuerit .

Oleum Antimonij .

Rx. Antimonij q. v.

Misceatur cum saccharo & Alumine , ponanturque in Retorta vitrea , subiicias ignem per quatuor aut quinque horas lentissimum , quo postea aucto s. artem , manabit Oleum instar Sanguinis rubicundum , quod usui seruetur .

N O T A : Multiplicem tradi à Varijs methodum Olei eliciendi ex hoc Minerali , obtinuit illud secun-

secundum hanc vel illam , vim quoque variam ,
exemplo sit Oleum vel butyrum (quod dici-
tur) Antimonij , & hoc cum Mercurio sublima-
to confectum , quod maximè corrodens , ac verè
causticum , à quo longè differt hoc quod pro-
ponitur , idque præ alijs consultò , quia summè
efficax in extremis quibusdam & agrè curabili-
bus affectibus corporis .

*Oleum Saturni , quod & Balsamum
dicitur .*

R. Salis Saturni Crystallini

q. v.

Tritum , indatur vasi vitro longi colli , & affu-
so Spiritu Terebinthinæ q. s. digeratur in cineri-
bus calidis , donec in liquorem rubentissimum
sub finem resolutum , dein retortâ imposita , de-
stilletur lento igne (quoad Spiritus Terebinthinæ
fuerit elictus , mutato recipiente , & aucto igne
Oleum deinceps s. a. propellatur .

Oleum Arsenici .

R. Crystallinum Arsenicum (prius sublimatum
cum solo Colchotare) commisce cum equali pon-
dere

dere salis Tartari, & Salis petræ, & inter vrceolos duos (quorum superior sit perforatus) calcinentur donec materia non amplius effumet, soluatur dein materia sic calcinata in aqua calida, vt sal extra-hatur, puluis subsidens imbibatur liquore Tartari, & exsicetur, id ter iterando, rursus materiam calidâ dissolue (vt Salem eximas, remanebit puluis candidissimus & fixus, qui in loco humido in Oleū pingue (Butyri instar) dissoluetur.

TRACTATVS TERTIVS.

De Balsamis.

O Leis cognati Balsami, quorum in Affectuum corporis humani medelam hi in familiares usus intro, forisue magis necessarij.

Balsamum Crollij.

R. Olei Nucis Moscatæ expressi 3 ij.

Ambræ griseæ 3 j.

Ambræ nigræ,

Moschi, ana 3 j. f.

Ciberti, 3 ij. f.

Olei stillatitij Lauendulæ in quo Flores
Lilij Conuallij Maduerint, 3. f.

Olei

Olei Cinnamomi, 3 fl.

Maioranæ, 3 fl.

Garyophyllorum, gutt. vj.

Succini, 3 j.

Rutæ, 3 fl.

Misceantur omnia s. a. in consistentiam Balsami, qui longè efficacior euadet admixtione tantilli Balsami Peruuiani.

Balsamum Neruinum.

R. Olei Galbani cum spiritu Terebinthinæ destillati,

Olei Gummi Hederæ,

Olei Gummi Elemi, ana 3 j.

Succini rectificati, 3 fl.

Rorismarini,

Angelicæ, ana 3 j.

Camomillæ,

Caryophyllorum,

Saluiæ ana, 3 fl.

Lauendulæ, 3 j.

Misce & cum Oleo Nucis Moscatæ expresso q. s. fiat iustæ consistentiæ Balsamum.

I i

Bal-

Balsamum Vulnerarium.

R. Florum Hypericonis & j.
 Cheyri,
 Verbasci,
 Chelidoniæ ,
 Centauriæ minoris,
 Aristolochiæ,
 Prunellæ,
 Chamomillæ,
 Consolidæ mediæ (*vel*)
 maioris ana 3j. f.

Fol. Rosarum rubrarum,
 Mumia transmarinæ,
 Myrrhæ,
 Thuris, ana 3j. f.
 Mastichis, 3j.
 Storacis liquidæ, 3 ij.

Incisis incidendis, & tritis terendis, ponantur in
 vase, & affundantur mensuræ duæ boni Spiritus
 Vini; stent in digestione omnia retro fornacem,
 vel ad Solem, postea effundatur Spiritus Vini tin-
 etus, & fæces prælo exprimantur, tandem addatur
 huic Spiritui tincto : alias si efficacius velis, reite-
 randa maceratio florum.

Olei

Olei Oliuarum (quod supra ramenta pinguia
Abietina per octo dies in digestione stetit) & v.

Terebinthinæ claræ (vel) Resinæ

Lariceæ (lotæ in aqua Hyperic.) & j. §.

Iterum per quatuordecim dies omnia s. a. dige-
rantur, ultimò abstrahatur Spiritus Vini in B.M.
& Balsamum (instar sanguinis rubrum, in fundo
remanebit.

Balsamus Heurnij.

R. Olei Terebinthinæ,
Albuminum Ouorum induratorum, ana & j.

Resinæ, 3 vj.

Gommi Elemi, 3 ij.

Fiat destillatio per Cineres ex retorta, quæ ho-
ris triginta sex, plus minus, absoluetur.

Balsamus Sulphuris.

R. Florum Sulphuris & j.

Olei Terebinthinæ & ij. vel iiij.

Simul commixta in vase stent in digestione ca-
lore sicco, donec soluantur in Oleum rubicundif-
simum, tum ritè & artificiose separato Menstruo,
Sulphuris rubinus circuletur per octo dies cum
vino Alcoölato, & habebitur Balsamus Sulphu-
ris egregius.

I i 2

Bal.

Balsamus Sulphuris Rulandinus.

R. Florum Sulphuris purissimorum ʒj.
 Camphoræ intra chartam contritæ. 3 ij.
 Olei Amygdalarum dulcium.
 (Alij malunt nucum Iuglandium vel
 papaueris) ʒ iiiij.

Digerantur in cineribus, donec flores sulphuris
 soluantur.

N O T A : Duplices Balsami Sulphuris esse de-
 scriptiones, quia vterque commendatæ est efficaciam
 ad diuersos planè effectus.

Adscribi hic meritò possent ex alijs Metallicis
 elicita Balsama V.G.

Balsamus Mercurij,
 Vitrioli,
 Antimonij,
 Veneris,
 Saturni,

Sed cum in Chyrurgicales potius sint usus, &
 non difficulter extemporaneè queant componi, hic
 omissa.

TRA-

TRACTATVS QVARTVS.

De Tinctoris & Extractis.

Tincturæ & Extracti non alia diuersitas, quam quod sub illa, elicita rei Essentia cum menstruo asseruetur, sub hoc vero illud nunc magis vel minus separetur, vnde Extractum modo liquidius modo spissius, hinc commodè quoque sub eodem titulo ambo collocantur.

Tinctura Corallorum.

R. Fragmenta Corallorum rubicundissima
(per se prius Spagyricè calcinata) q. s.
Affunde Spiritus mellis destillati debitam
quantitatem.

Stent in digestione in Cineribus calidis, toties menstruum nouū reaffundendo, donec Corallorū corpus omnimodā exuerit rubedinē, Extractiones omnes mixtas, post debitam filtrationem & coagulationem in B.M. lentē abstrahe, & residuam eslen-tiam rei solutæ, denuo rectificatissimo vini spiritu extrahe, vsque dum Tincturam rubicundissimam, sanguinis instar, acceperis, quam in forma olei re-

I i 3 ductam

ductam per spiritus vini exhalationem recondito.

N O T A: ex descriptionibus pñne infinitis huius
Tincturæ, ne dicam ex multis incertis, hæc tam-
quam probabilior exaratur.

Tinctura, vel Essentia Castorei.

R. Castorei optimi & recentis

v. g. $\frac{w}{f}$.

Spiritus vini rectificati $\frac{w}{f}$ ij.

F. infusio conciso Castoreo, & digestione facta
per aliquot dies spiritus vini per B. M. abstrahat-
tur, ad Castorei siccitatem, cui super affundatur
acetum destillatum, & eo repetita affusione, extra-
hatur Castorei tota Tinctura, quæ ad extracti spis-
titudinem per B. M. reducatur: relictum Extra-
ctum Castorei rursus commisceatur cum prius ab-
stracto spiritu vini Castorei essentiâ imprægnati, &
simil facta per aliquot dies digestione, & filtratio-
ne vñli afferuetur.

Tinctura Martis.

R. Scorias ferri,

Sulphuris ana q. f.

Simul calcinentur, ac post affunde Acetum Vi-
ni fortissimum, quod post aliquot dies tingetur
croceo

croceo colore, Tinctura præcipitetur Oleo Tartari
guttatim instillato, & puluis qui in fundo apparebit
ablutus Aquâ Rosarum, exsiccatur, à quo demum
affuso spiritu Fraxini eliciatur proposita Tinctura.

*Extractum (seu) Magisterium Martis
Aperituum Minsicht.*

R. Succi Oxalidis expressi & depurati,
as iij.

Adde Tamarindorum optim. 3 viii.

Confricentur simul manibus, vel pistillo Li-
gneo in patina Terrea (non stannea) vt fiat in
modum pulmenti, postea exemptis nucleis & sti-
pitibus, coquatur parum, & clarefiat cum Albu-
minibus Ouorum duorum, dein colentur per la-
neum pannum, clarificatum indatur Cucurbitæ vi-
treæ, addendo Limaturæ Chalybis, à sordibus pri-
mum purgatae 3 iiii digerantur in Arena loco ca-
lido tribus diebus & noctibus: Cucurbitæ super-
ponatur Alembicus cæcus, vt semper agitari pos-
sit cum spatula Lignea, post digestionem coletur
per chartam in patinam vitream, vel terream, &
inspissetur per Arenam in consistentiam Extracti
liquidi, quod adseruetur, vti etiam remanentia
Chalybis exsiccata & trita in puluerem subtilissi-
mum pro confiendo vino Chalybeato.

Tinctura

Tinctura (vel) Elixir proprietatis.

Rx. Myrrhæ optimæ,

Aloës,

Croci Orientalis, ana ʒ ij.

Affunde Vini Maluatici (cum Oleo Sulphuris aciduli facti) ad quatuor digitorum eminentiam in vase idoneo , priore tinctura specierum imbuto , & separato , aliud affundatur toties donec non amplius tingatur , omnis postmodum simul infusio s. a. digeratur , & vase idoneo custodiatur.

Extractum Melissæ.

Rx. Melissæ in umbra siccatae q. s.

Subtilissimè concisa , indatur ampullæ vitreas , affundendo spiritus vini q. s. ad eminentiam duorum digitorum, stet aliquot diebus in digestione (vase diligenter occluso) in loco calido , dein fiat expressio fortis aliquoties readdendo novam herbam priori menstruo , tandem in B. M. per Alembicum vinum separetur quoad extracti spissitudo (formâ Mellis) in fundo aparuerit.

N O T A : modo hoc ex omnibus vegetabilibus facile posse confici extracta ad Affectus varios, medicamen peculiare requirentes.

Extra-

Extractum Rhabarbari.

R. Rhabarbari optimi minutim incisi q. v.

Affunde Aquæ Endiuiae, vel Cichorei, vel Borruginis calentis q. s. addendo simul Olei Tartari guttas aliquot, stent in loco calido viginti quatuor horis, menstruo tincto sufficienter, aliud nouum eodem modo toties affundatur, donec amplius non tingatur, depletiones simul filtra, circula, & menstruum per B. M. euoca, & massâ extracti ad debitam consistentiam redacta, in vesica oleo amygdalarum oblita, ad usus reponatur.

Extractum foliorum Sennæ.

R. Foliorum Sennæ Orientalis mundatae à

stipitib. q. s.

Macera per viginti quatuor horas, in aquæ stillatitiæ Pomorum redolentium q. s. quod tinctum est effunde, & filtra (facta prius forti expressione) menstruum postea calore B. M. s. a. separatur, donec habueris Extracti consistentiam.

N O T A : Similem esse rationem conficiendi extracti Agarici, nisi quod hic spiritu\$ vini pro eliciente menstruo debeat deseruire.

K k

Extra-

Extractum Catholicum.

Rx. Colochyntidis 3 v j.

Agarici optimi,

Diagridy,

Turpethi elēti ana 3 p.

Hellebori nigri

Aloēs optimæ ana 3 j.

Spec. Diarrhodonis Abbatis 3 p.

Contundantur omnia (exceptis speciebus Diarrhodonis Abb. & infundantur in loco calido per quatuordecim dies in spiritu vini optimi, affuso ad supereminentiam trium vel quatuor digitorum, similiter quoque species cum vini spiritu infundantur, facta expressione & colaturâ, utræque Tineturæ simul mixtae (remota fæce, quæ salem suppeditabit compositioni ultimò addendum) ponantur in Alembico vitreo, super carbones, distillatione s. a. redigantur in crassitatem Mellis pro extracto, addendo sub finem.

Ol. Cinnamomi,

Garyophyllorum,

Nucis Moscatæ ana gutt. X.

Salis ex fæcibus extracti s. a. 3 ij.

Extract.

Extractum Scammonei, sine Resina.

Rx. Scammonei ʒ ij. vel plures,
Spiritus vitrioli, vel Olei
Sulphuris(ad singulam
Scammonei ʒ j.) affunde Ə ♏.
Olei Anisi gutt. xxvj.

Post superaffunde scammoneo ita præparato spiritus vini q. s. ad eminentiam quatuor digitorum, digerendo in Balneo solue, calida dein trai- ciantur per chartam bibulam, infundendo post, quod filtratum est, in Aquam simplicem, vel Ro- faceam, & tota Scammonei Essentia ab omnibus sordibus peripurgata, atque à sua viscositate, picis instar coagulabitur, quæ exempta recondatur in ysus.

Extractum Hellebori Nigri.

R. Radic. Ellebori nigri recentium
Autumnali tempore Collectarum &c.
Decoquantur cum aqua Anisi & Pulegij (ex
quibus Oleum Chymicé extraxeris) in vitro vase
tene clauso, in B. M. per integrum diem, expri-
matur, fortiter succus (fæces abiiciendo) qui alem-
pico inditus lento calore dein euaporet, donec in
undo apparuerit substantia quædam viscida, cui
Kkz super-

superaffundē q. s. spiritus vini optimi (ad eminentiam quatuor digitorum , & in Matracio oblongi colli , benē obturato digerantur in B. M. per duos aut tres dies; quod clarum & pellucidum est effundē in aliud vas, nouum iterum vini Spiritum affundendo ; idque toties repetendo , donec totam essentiam reiteratis digestionibus attraxeris (semper fæces seponendo ut Artis est) quo factō separa prius Menstruum calore Balnei, ipso separato, fac circuletur cum nouo spiritu vini infusionis maceres , per aliquot dies , rursus optimè separato vehiculo, remanebit in fundo Essentia Hellebori , mediocris consistentiæ & fusci coloris , ad contumacia plurima mala perutilis.

Laudanum Opiatum.

R. (Specierum Diambræ, 3 iij.

Radic. Doronici)

Galangæ , ana 3 j. þ.

Spicæ Indicæ,

Cardamomi majoris, ana 3 þ.

Zinziberis , 3 ij. gr. v.

Croci , 3 j.

Santali Citrini,

Piperis longi ana 3 þ.

Contu-

Contusis superaffunde Spiritus vini rectificati
et iij. digerantur aliquamdiu, postea per filtratio-
nem spiritus tinctus separetur, quem rursus parti-
tim funde super.

Opij Thebaici (in tenues lamellas pri-
mum frustulatim incisi, & super laminam
ferream calentem, ne tamen vratur) desic-
cati 3 iij.

Et stet in digestione vnius, alteriusque diei,
per filtrum separetur, ac toties aliis Spiritus, reliquo
Opio, superfundatur, donec sufficienter eius essen-
tia elicta sit, tum Extractiones omnes in B. M. ad
extracti spissioris consistentiam abstrahe, cui adde:

Salis Corallorum,

Margaritarum,

Succini albi præparati, ana 3 ij.

Ligni Aloës optimi, Gummosi
puluerisati, 3 j.

Pulueris Cardamomi minoris, 3 f.

Cassiae ligneæ, 3 j f.

Olei stillatitij Cinnamomi, 3 f.

Garyophyllorum,

Macis,

Nucis Moscatæ, ana 3 j.

Ambræ in oleis prædictis

solutæ 3 f. gr. iij.

Mo-

Moschi in aqua Cinnamomi
Soluti gr. xxv.

Misce, & redigantur in iustum consistentiam.

N O T A : quod portio huius Ladani concinnari posset sine Ambra & Moscho, pro iis quibus horum usus molestus est, vel noxijs.

TRACTATVS QVINTVS.

De Salibus & Magisterijs.

SAlium ac Magisteriorum non modica est utilitas in Medecina, quorum illi ex omni prope modum materia artificiose eliciuntur, potissimum ex vegetabili, & Minerali, illiq; vel volatiles, vel fixi.

Sal Cardui Sancti.

R. Cardui Sancti, q. s.

Contunde in mortario marmoreo, & affusa Aquâ multa in vase magno coque, decoctum coleatur, & fortiter exprimatur, coquendo iterum collaturam ad Mellis consistentiam, succum ita coctum pone in vase vitro in loco frigido per sex vel septem dies, & in fundo reperies Crystallos, quos effuso

fuso succo, affusa Aquâ frigida ablues, & exsicca-
bis.

N O T A : Methodum hanc esse generalem, &
breuem pro omni sale volatili ex qualibet herba
calida conficienda. Alij succum ex herbis magis
succulentis exprimunt & coquunt, & sic sal hoc
conficiunt, sed difficilior hic modus in herbis ma-
gis exsuccis.

Sal Absynthy.

R. Absynthy sicci, q. s.

Comburatur in cineres. (possunt in olla ter-
rea furno figuli imposita hi vlerius in maiorem al-
bedinem Calcinari) quibus affunde aquæ stilla-
titiae Absynthy, aut etiam communis calidæ q. s.
digerendo per noctem, postea aquam per inclina-
tionem, & filtrationem effunde, aliam fœcibus su-
peraffundendo toties, dum omnis sal fuerit extra-
ctus, tandem omnes Aquas filtratas euaporando
lento igne s. a. Coagula, si sal impurior abhuc sit,
repetitis dissolutionibus, filtrationibus, & coagu-
lationibus, albidior euadet, qui tandem vasis vitreis
stricti colli diligenter obserratis custodiendus.

N O T A : Modo hoc conuenienter ex alijs simi-
liter lignis, ac plantis, sales fixos posse erui, qualis
in

in quotidianos usus conuenit asseruari ex herbis sequentibus. Nempe ex

Radicibus {
 Bardanæ,
 Angelicæ,
 Restæ bouis,
 Petasitudis,
 Gentianæ,
 Tamarisci,
 Fraxini,

Lignis ac corticibus {
 Juniperi,
 Genistæ,
 Guajaci,
 Artemisiæ,
 Betonicæ,
 Cardui Benedicti,
 Centaurij minoris,
 Melissæ,
 Rosmarini,
 Saxifragiæ,

Herbarum

Vt sales hi nitidiores, ac magis transparentes
 habeantur, multi instituunt materiæ caliginatio-
 nem cum Sulphure, faciendo stratum super stra-
 tum, aut etiam cum equali parte salis Gemmæ.
 Alij paratis salibus affundunt spiritum salis, vel
 vitrioli, sed artificiose hi fucati sales, aliquid simul
 adulteriæ virtutis assumunt.

Sal,

Sal. Cremor, Crystalli Tartari.

Sal fit.

R. Tartari q. s. ponatur in vase fictili plani fundi, qui ad crassitatem digiti illo contegatur, calcinetur igne reuerberij moderato, per quinque, vel sex horas, tum perfundatur Aquâ communi, filtretur & Coaguletur s. a.

Cremor fit.

R. Tartarum contusum, & Aquâ aliquoties ablutum, dein coque, primo apparebit Crusta nigrior ac fæculenta, quæ auferenda, sequens Cremor purior & albidior colligendus, siccandus ac lenigandus post quam aqua refixerit, reiterando ebullitionem, hic labor læpius repetendus.

Crystalli fiunt.

R. Tartari albi erassiusculè contusi q. s. ablue Aquâ frigida, & post inde cucurbitæ vitreæ & affusa Aquâ horis quinque vel sex bulliant in Arena, quæ postea adhuc calens filtretur per chartam bibulam in aliud suppositum vitrum satis capax & crassum, & nonnihil calidum reponatur dein in cellam vel loco frigido per noctem, & Crystallos inuenies circa vitrum concretos, quos sicca & repone, ebullitiones hæ & filtrationes &c. nouæ A-

L 1

quæ

270 DE SALIBVS ET MAGISTERIIS.

quæ affusione sœpe repetendæ, donec Tartarus totus in cristallos abierit.

Tartarum Vitriolatum.

Rx. Olei Tartari per deliquium filtrati per chartam Emporeticam ʒ iiiij.

Ponantur in vase terreo lati oris, super cineres calentes sinendo parum euaporare, tunc guttatum instillando, affunde.

Olei vitrioli optimè rectificati ʒ ij.
in Cessante ebullitione, puluis coagulatur albissimus qui fundum petit, qui lento calore vltra exsiccatus, in vſus recondendus.

Tartarum Nitratum.

Rx. Salis Tartari,

Nitri præparati, ana ʒ ʃ.

Soluantur in Aqua calida Rosarum, postea filentur & super ignem mediocriter coquantur, donec quasi crustam acquirant, quæ remoueatur, & reliquum in frigido concrescere sine in Cry stallos albissimos.

Sal prunella, ceu Crystallum Minerale.

Rx. Salis Nitri purissimi ʒ v iij.

vel quantum vis.

Li-

Liquefiat in catino, igne mediocri, post super insperge Sulphuris puri (aut quod melius) florum sulphuris 3 j. vel 3 ij. postquam deflagrauerint, roties renouando, donec repetitis vicibus, pro singula Nitri vncia, dragma vna, vel duæ sulphuris consumpta sint, & nitrum planè purum fuerit, tunc effundatur super Marmor vel Tabulam.

N O T A : si crystallos salis Prunellæ pellucidissimos optes, sal prunellæ contritum, soluendum esse Aquâ rosacea vel aliâ Cardiacâ, solutiones postmodum filtratas, postquan exhalauerint dimidia parte, loco frigido esse reponendas, ut Crystalli prodeant, quod repetito labore facilè obtinebis.

Sal, siue saccharum Saturni.

R. Calcem plumbi, vel (quod alij magis laudant) plumbum in minuta granula redatum, ea quantitate qua lubet,

Affunde Aceti optimi destillati, q. s & stent simul aliquandiu in digestione, illud aliquoties decanta super plumbum nouum affundendo, & digerendo ut prius, decantationes omnes filtra, & euaporando coagula, & habebitur Sal Saturni, quod iteratis solutionibus, & filtrationibus (primo in Aceto, deinde in aqua pura) purificari, & tandem ad crystallisandum reponi poterit

L 1 2 No-

N O T A : Facilius hoc negotium perfici , si Ace-
tum affundendum acuatur cum spiritu Tartari, vel
vitrioli, debita proportione commixti.

Sal vitrioli vomituum.

R. Vitrioli albi q. s.

Solute in Aqua, filtra & euapora , donec quæ-
dam Crusta supernatans appareat , ponatur dein in
loco frigido , & concrecent crystalli , quos exime
relietis fæcibus , quæ subsident : solutiones , filtra-
tiones , & coagulationes (ultimo tamen cum aqua
Rosarum , vel (quod alijs placet) cum aq. Centau-
rij minoris) tertio repetantur , & crystalli iam puri-
ficiati , & calore leni exsiccati) redigantur in pulue-
rem album diligenter in vitro asseruandum.

Sal , siue Magisterium Corallorum.

**R. Corallorum Rubrorum subtilissimè pulue-
risatorum ac lœvigatorum quantum vis.**

Pulueri in vase idoneo affunde Aceti destillati
q. s. ad trium , vel quatuor digitorum eminentiam ,
& super cineres calidos simul digerantur per septem ,
vel octo dies , donec distoluatur , hoc separa per in-
clinationem rursus aliud pulueri affundendo , donec
omnino dissolutus sit , saepius reiterando , traijcia-
tur

tur liquor per chartam bibulam , post infunde pau-
latim Olei Tartari per deliquum , & præcipitabitur
puluis albus , qui aquâ pluuiâ, post aquâ borraginis,
vel alia Cardiacâ abluerendus , edulcorandus , & de-
bitè desiccatus reponendus.

Nota : eadem planè operâ obtineri potest

Sal chalibis deopulatiuus.

P. Limaturæ Chaliibis quantum vis.

Irrora optimo Aceto , vt pasta inde fiat quæ sic-
cescat. Siccatâ tere , & irroma iterum & exsicca , idque
multoties repeate , tandem effunde phlegma aceti
quod coque , & filtra , humiditate in B. M. abstrac-
ta , digere cum spiritu vini , & Crystallos profusos
sicca , & serua ad usum.

Sal Margaritarum.

Has tamen priu stirtas subtilissimè , impasta cum
succo Citri vel Aurantij acidi , & sic relinquendo ,
post aliquot dies affunde Acetum procedendo ultra;
methodo supra datâ.

Sal, sive Magisterium

Lapidum pretiosor. vt {
 Rubini ,
 Hyacinthi ,
 Smaragdi , &c.

L13

Lapi-

Lyncis,
Lapidum quoque { Judaici,
Lazuli &c.

Fit calcinando s.a. materiam lapideam, (quam eligis) cum sulphure , soluendo illam post cum Aceto vini optimo, & tandem cum oleo Tartari præcipitando magisterium, quod à menstruo soluente separandum s.a. & exsiccandum.

Magisterium , seu Lac Sulphuris.

R. Florum Sulphuris ʒ j.
Salis Tartari ʒ iiij.

Misce , & superaffunde Aquæ communis ȝ iij. digere in arena per diem naturalem, ita vt sub finem aqua ferè bulliat , & Sulphur penè omne solutum fuerit, postea filtra calidè per chartam Emporeticam , & superfunde Aceti destillati, vel vini Austeriusculi q. s. sic Cremor laeteus Sulphuris , paulatim petet fundum, per inclinationem Menstruum soluens separetur, & reiteratis ablutionibus, vltimò cum aqua quadam cordiali digeratur, & desicceatur.

Mag-

Magisterium C. Cerui.

Rasuræ vel Limaturæ C. Cerui 3 vj.
vel quantum vis.

Irrigentur Spiritu Nitri affuso q. s. & stent aliquamdiū in digestione, ut solui possint, post superadde Acetum optimè destillatum, aliquot adhuc finendo diebus in digestione, Menstruum filtretur per chartam bibulam, demū immisso oleo Tartari, factō per deliquium, q. s. videbis in fundo præcipitari puluerem, & conspectu, & virtute simul insigni elegantem, qui frequenter ablutus & conuenienter desiccatus, ad usum reponendus.

N O T A : modo hoc fæliciter quoque succedere

Magisteria { Eboris,
Vngulæ Alcis,
Crany humani, &c.

Ex quibus etiam pulueres multum efficaces, & non ingrati saporis per solam Calcinationem Philosophicam eruuntur, quæ hoc modo instituitur.

Calcinatio Philosophica, sine igne dicta.

Cape materiam aptam huic Calcinationi quamvis (v. g.) Cornu Cerui in frustula comminuti, hæc
Inde

Inde , ac suspende in Capitello, seu parte supe-
riore Vesicæ , quæ aliquota liquoris portione ad-
impleta sit, hinc subtus accenditur ignis , & vapor
vi caloris elevatus , Cornua peruadendo ac pene-
trando , illa friabilia paulatim ac candida reddit
(quod opus ferè est trium dierum)

Magisterium oculorum Canceris.

R. Oculorum Cancrorum subtiliter
puluerisatorum. v. g ʒ v.

Olei Tartari per deliquium ʒ vj.

Digerantur in Balneo , vel fimo Equino per
quindecim dies, postea coagula materiam in phiala
in arena collocata , coagulatam puluerisat , pu-
luerique spiritum vini affunde , & digere postea ad
crassitatem olei, Spiritum abstrahere; vel etiam aliter:
affundendo Aquam pluviam (loco spiritus vini)
destillatam , vel euaporatione , vel præcipitatione
ſ. a, magisterium collige sub forma pulueris.

Magisterium Succini.

R. Succini puluerisati , quantum vis.

Affunde spiritus vitæ rectificatissimi q. ſ. Solve,
decanta , & præcipita cum aqua fontis , & remane-
bit in fundo magisterium. Potest redigi sub forma
Extracti , abstrahendo Spiritum vini in B. M. ſ. a.
No-

NOTA: Sal succini volatile, dum oleum eius
vi ignis elicetur, vt plurimum concrescere circa
summam interioris alembici superficiem, quod stu-
diosè colligendum.

TRACTATVS SEXTVS.

De Varijs Crocis.

AD magnorum morborum medelam offert
Crocus varios Chymia, maximè vfitati & ef-
ficaces sunt pauci hic inserti.

Crocus Metallorum.

R. Antimonij nitidi & electi,

Salis Nitri purificati, ana part. equales.

Redige simul in puluerem, hunc inde in sarta-
ginem ferream, aut vas figulinum, & post, carbone
viuo iniecto, materia accendatur, quæ dum defla-
grat (instar pulueris quasi tormentarij, continuo
rudiculâ ferrea est agitanda, vsque dum frigefacta,
coloré quasi Ochræ Anglicæ assumat, hoc facto ma-
teria proiectatur in aquâ calidâ, à qua omnis salfugo

M m fa-

278 DE VARIIS CROCIS.

salis Nitri in se attrahitur, & Antimonium fundum petet, Aquâ priore separata per inclinationem & abiectâ, alia noua calida affunditur, toties repetendo, usque dum aqua deinceps maneat insipida, cum effunditur, & Antimonium exactè ablutum sit, quod postea resiccandum lento igne, ac tandem in subtilissimum puluerem super Marmor tritum cum aqua rosacea lauigandum, ac paulo dein adhuc siccatum reponendum.

Crocus Martis Aperitius.

R. Laminas Chalibis purissimi quantum vis.

Præ ignitione scintillantibus admoue magdaleones sulphuris, & liquefcent instar Ceræ, quod chalibis liquati granulatim decidit excipiatur vase frigidâ, vel (quod melius Aceto pleno) puluerisetur, dein exsiccatum subtilissime, & in crocum demum igne reuerberij (per aliquot horas continuato) conuertantur.

N O T A : Limaturam chalibis cum admixto sibi sulphure dupla proportione, in crucibulo igne vehementi (semper rudiculâ ferrea materiam agitando) posse calcinari, pro Croco hoc Aperituo veterius comparando.

Cro-

Crocus Martis adstringens.

R. Limaturæ Chalibis purioris & ij.

Salis decrepitati & iij. vel ana part. Equales,

Simul mixta stent in igne reuerberij per diem, dulcoretur affusa aquâ chalibis, & exsiccatus rur fus læuigetur, qui tandem dies octo, vel decem de nouo reuerberetur, donec eleuetur Crocus subtilissimus, quem quotidie auferendo, aquâ plantaginis præparato.

Breuior hic modus:

R. Limaturam chalibis,

Hanc igne fortissimo, eo usque reuerbera, donec in crocum eleuetur rubicundissimum.

Antimonium Diaphoraticum.

R. Antimonij,

Salis petræ ana & j.

Puluerisata simul misce, & pone Crucibulum inter accensas prunas vt candeat, tum inijce ȝ ij, vel circiter huius mixturæ, & statim detonabit, postea nouos pulueres inijce, ita ad finem continuando, vase refrigerato, materiam exime, ablue, & rursus tere, miscendo (vt primo) cum ana salis

M m 2 pe-

petræ, eodem modo calcinando, & elaborando, tertia etiam vice similiter peragendo, tandem dignem liquefactionis ad horæ spatiū, vltimò illud, quod remansit, tritum, coquatur in Aqua fontana per aliquot horas, postea calens decoctum per filtrum mittatur, & loco frigido relinquatur, sic quod in aqua subtilius per ebullitionem soluitur, tandem præcipitatur in puluerem albicantem & tenuem, quod citius fiet, si aliquid Aceti decocto filtrato instilletur, vltimò puluis ablutus, & desiccatus reponatur.

TRACTATVS SEPTIMVS De Floribus & Sublimatis.

VT flores tenuiores sunt corporis partes, vi caloris à crassiore separatae, & in altum sublimatae, ita sublimata , sublimandi corporis, subtilissimi sunt Flores. Hi frequenter sui medico veniunt.

Flores Sulphuris.

R. Cucurbitam terream mediocris capacitatis, tunc duos, pluresue Alembicos bene accommoda, ita

ita vt alter post alterum (requirente necessitate, adhiberi possit, pone vacuam in arena, & vbi gradibus ignis paulatim fuerit excalefacta (adeo vt manus admota in eminentiore parte vix ferat) iniice partim Sulphuris flauissimi in frusta redacti, cochlearia tria, vel, quatuor, alterutro alembico super imposito, paulo post videbis, primo liquorem subdulcem, mox intra dimidiæ horæ spatium, flores elegantissimos, circa limbum alembici concretos.

N o t a: si plus iusto intensior sit ignis, operis sublequi iacturam, quia Sulphur liquatum effluit, nec flores amplius assurgunt, quod si igitur non nihil florum eleuatum fuerit, priori alembico sublato, substituatur alius, donec omnes fuerint collecti, qui certè in medicina, longè istis sunt præferendi, qui cum aliis additis (nempe Colcothari, farinâ laterum, sale etiam decrepitato) distillantur.

Flores Sulphuris Corallati.

R: Coralli rubri & j.

Florum Sulphuris 3 iiiij.

Contrita ambo minutissimè misce, & sublima (vt dictum, Aquam perfluentem seorsim) flores collecti asseruentur.

M m 2

Flo-

Flores Antimonij fixi, Diaphoretici

Fiunt, sumendo Antimonij (paulo ante hic descripti, seu Croci metallorum) q. s. in aqua horis aliquot coquatur, decoctum dein filtratur, sic præcipitabitur puluis subtilissimus ad fundum idque longè citius si decocto aliquantulum Aceti infundatur.

Flores Benzoini.

R. Benzoini optimi, quantum vis.

Teratur, & ollæ rotundæ imponatur, deinde claudatur duplice chartâ emporeticâ, conuoluta in modum manicæ Hypoeratis, detur post ignis arenæ, vel prunarum ad sublimationem idoneus, floresque niuei saepius colligantur.

Mercurius Sublimatus.

R. Argenti viui,
Vitroli crudi,
Salis communis, ana & j.

Misceantur omnia accuratè, & in mortario marmoreo in puluerem tenuissimum redigantur indantur dein sublimatorio vitreo apto, & detur, ignis per gradus duodecim horarum spatio, & habebis sublimatum.

Mer-

Mercurius dulcis Sublimatus.

R. Mercurij Sublimati (modo supra-
scripto) ʒ ij.

Mercurij crudi purificati cum sale &
Aceto, & triti in marmore ʒ j. f.

Teratur sublimatum in puluerum tenuissimum,
quem postea crudo exacte commiscabis in eodem
marmore: his ita mixtis, puluerem inde in phialam
pedalis longitudinis, ponatur phiala (gossypio ob-
turata) ad eius medietatem in arena, tum primum
adde ignem lendum, dein paulatim prunis accensis,
per gradus ignis augeatur, per sex horas, quod su-
blimatum ubi ascenderit ad regionem mediā, id col-
ligatur, quod in supremam, venenatæ est admodum
qualitatis, externis solum affectibus quibusdam
aptum, quod residet in ima vasis parte, nulli est
usui;

In medio quod sublimatum, si dulce sine acri-
monia, res recte habet, si minus, secundo opus ite-
retur, & Mercurius (vt antea) iterum sublimetur,
vt viuum crudum ascendentem separe, & sic dein-
ceps, quo enim saepius opus hoc reiteratur, eo per-
fectius euadit medicamentum.

Mers

Mercurius vite.

R. Olei Antimonij (ex eius, & mercurij sublimati æquis partibus destillati, quantum vis.

Projiciatur in aquam purissimam, quæ illicò lattea euadet, atque præcipitabitur puluis niueus, multiplice ablutione aquæ pluviæ tepentis dulcorandus, & seruandus ad usum.

TRACTATVS OCTAVVS.*De præcipitatis.*

Inter præcipitata hoc ferè nomine solus notus mercurius (secundum Artem) præcipitatus hoc modo.

R. Mercurij Crudi, & j.
aquæ fortis, & ij. vel (vt alij)
partes Equales.

Fiat dissolutio in vase idoneo super cineres calidiusculos, paretur muria ex aqua pluvia & salis marini tanta quantitate, quantam ipsa aqua poterit

terit dissoluere, filtretur per chartam bibulam, in hanc muriam (quæ ouum immisum sustineat) effundatur Mercurij solutio, illicò præcipitabitur puluis albus, qui usque ad insipiditatem abluatur aquâ pluiali tepida, vltimò etiam aquâ Cardiaca, qui reponendus est ad usus in vase vitreo, post exsiccationem.

Vel magis Compendiosè hoc modo.

R. Mercurij & þ.

Affunde aquæ fortis q.s. fiat super cineres, vel arenam calidam, euaporatio ad siccitatem igne forti ad extremum præcipitatus, ad externos affectus perutilis.

F I N I S.



N n

EPI-